CC BY NC SA

gluttire. *uerb. tr.* **Forma** *cod. de* glucire *ambigitur; cum* glocire *confunditur* Colum 8.5.4. **Etym** *onomatopoeietica a* glutglut [TLL]. **DLat** deglutire, gluttitio, gluttitus, gluturnia, gluttus, ingluttire, subgluttire, suggluttius, transgluttire. [**Freq** humilis **23** [indicia] **1,4** [/d.c.m.] 205 Plaut] *uocabulum scriptis technicis ad medicinam, historiam naturalem et agri culturam pertinentibus aptum; litterariis quoque inuenitur omne genus praeter lyrica, omnibus usibus, magis prosa quam uersu; inde ab initiis apparet, at maiore parte aec. deest.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	argumentans	3	0,47
	dramatica	1	2,2
	narratiua	3	0,55
	satirica	1	5,2
	exponens	15	5
diachronica	III-II aec.	1	2,5
	I-II ec.	5	1,3
	III-V ec.	17	1,9
diaphasica	docta	1	0,48
	media	21	1,6
	quotidiana	1	1,7
diastratica	litteraria	8	0,6
	technica	15	5,4
modus	prosa	21	1,5
	uersu	2	1

¶ **a1** *in guttur quaecumque per os traducere, maxime non manducata • tragar, especialmente sin haber masticado* [**trop** naturalem corporis actionem agere **hyp** degluttire[a], dehaurire, desorbere, →ingluttire, obsorbere, obtrudere[c], transgluttire, uorare[b] **sim** deuorare] 205 Plaut Persa 94. *collyrae, colyphia* nihili sunt crudae nisi quas madidas gluttias. 79 Plin Nat 9.145. uulpes marinae ... gluttiunt *hamum*. 100-128 Iuv 4.28. qualis tunc epulas ipsum gluttisse putamus. 200 Vet Sirach 23.22. anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid gluttiat. 353-431 Paul Nol Carm 24.203. uiuit uoratus, quique glutiuit manet uiuente ieiunus cibo. 370 Plac Med. Si quis spinam gluttierit. 🕮 Schol Bern Ecl 5.431. 'gluttire' dicimus per ingluuiem aliquid demittere. **Gloss** 2.34.35. gluttit ἐνκάπτει. 4.444.1. sorbet, uorat. 5.161.17. absorta est gluttita est aut deuorata est.

a2 med *in guttur medicamina seu recorporatiua ingerere • ingerir un medicamento o reconstituyente* 120-160 Fronto Caes 5.55.1. micularum minimum cum uino destillatum gluttiui. 300-350 Plin Med 2.1.10. additur eo mel optimum, et pilulis gluttitur. 370 Plac Med. Leporis renes si crudi gluttiantur.

a3 Chris *ad uictoriam seu mortis digestionem a Christo effecta pertinuit • se refirió a la victoria o ingestión de la muerte por parte de Cristo* 207 Tert Adu Marc 2.268. glutitam mortem fortis uictoria Christi.

seu saliuae ingestio quasi id quod misero in peregrinando restat • o de la saliva como lo único que queda al desgraciado en este valle de lágrimas 390-406 Vulg Iob 7.19. usquequo non parces mihi nec dimittis me ut gluttiam saliuam meam? [Aug In Iob 7.19. deglutiam] 412-427 Aug Ciu 7.8.2. Propter solas saliuas colatur hic deus, quibus partim gluttiendis partim spuendis sub caelo palati utraque panditur ianua.

quod prototypum medii aeui scalptores abundanter protulerunt daemonium peccatores gluttientem fingentes • recordando tantas imágenes de la iconografía románica en que el demonio se traga a los pecadores 400-430 Aug Epist 182.7. ne dum eos ... extra ouile remanentes, hostis rabidis faucibus gluttiantur.

b1 agr *cacillare in incubando gallina • cacarear la gallina, especialmente cuando está clueca* [**trop** glocire] 60 Colum 8.5.4. *gallinis* gluttientibus (sic enim rustici appellant auis eas quae uolunt incubare). 🕮 Paul Fest 87. Gluttire et glocidare gallinarum proprium est, cum ouis incubiturae sunt. Gloss 2.34.30. gluttit κροκκᾷ ὄρνις.

b2 *item edere uoces aliae aues, sicuti coruus • también graznar otras aves, como el cuervo* [**hyper** edere uoces aues **sim** →crocire] 79 Plin Nat 10.33. pessima *coruorum* significatio, cum gluttiunt uocem uelut strangulati.